

# Concert Spirituel

im Saale des Gewandhauses.

Donnerstags, den 12. Dec. 1782.

## Erster Theil.

Sinfonie, von Stamiz.

GLORIA, von Bixi.

Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te.

Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine Deus, Rex coelestis, Deus Pater omnipotens.

Domine Fili vnigenite, Iesu Christe, Domine Deus, agnus Dei, filius Patris.

Qui tollis peccata mundi, miserere nostri! Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram! Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nostri!

Quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus, Iesu Christe.

Cum sancto Spiritu in gloria Dei Patris, Amen.

Concert auf dem Violoncell. (Herr Berger.)

## Zweiter Theil.

Sinfonie, von Banhall.

CREDO, von Bixi.

Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium.

Et

Et in vnum Dominum Iesum Christum, Filium Dei vnigenitum, et ex Patre natum ante omnia secula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de coelis: et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, et homo factus est.

Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus est, et sepultus est.

Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in coelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria, iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum sanctum, Dominum et viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit; qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur; qui locutus est per Prophetas.

Et vnam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam.

Confiteor vnum baptisma, in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi seculi. Amen.

### SANCTVS, von Brixi.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth! Pleni sunt coeli et terra gloriae tuae. Osanna in excelsis!

Benedictus qui venit in nomine Domini! Osanna in excelsis!

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nostri! Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem!

---

Entrée - Billets für Fremde, sind bey dem Bibliothekaufwärter  
Meyer zu 12. Gr. zu haben.

HT 10/12006